Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



221

Appoſui in animo meo quærere et
inuestigare ſapienti de omnib q fiunt
ſub ſole. Hanc occupationem peſſimam
dedit ds filiis hominum ut occuparen
tur in ea. Vidi que fiunt cuncta ſub ſo
le et ecce uniuersa uanitas et afflictio
spiritus. Peruersi difficile corriguntur et stultorum
infinitus est numerus. VI. Locutus sum
in corde meo dicens. Ecce magnus ef
fectus sum et præcessi sapientia omnes qui
fuerunt ante me in hierusalem et mens
mea contemplata est multa sapienter et
didicit. dedique cor meum ut scirem pru
dentiam atque doctrinam erroresque et stul
titiam et agnoui quod in his quoque esset la
bor et afflictio spiritus eo quod in multa sa
pientia multa sit indignatio et qui ad
dit scientiam addit laborem. VII.
Dixi ego in corde meo. Vadam et affluam
deliciis et fruar bonis. Et uidi quod hoc
quoque esset uanitas. Risum deputaui errorem
et gaudio dixi quid frustra deceperis.
Cogitaui in corde meo abstrahere a cu
no carnem meam ut animum meum trans
ferrem ad sapientiam. deuitarem que stul
titiam donec uiderem quid esset utile filiis
hominum quo facto opus est sub sole numero
dierum uite suæ. Magnificauit opa
mea. VIII. Ædificauit mihi domos plan
tauit uineas. fecit hortos et pomeria et
seuit ea cuncti generis arboribus et ex
truxit mihi piscinas aquarum ut irrigare
silua lignum germinantium. Possedit ser
uos et ancillas multamque familiam
habuit armenta quoque et magnos omnium
greges. ultra omnes qui fuerant ante me in
hierusalem. Congeruauit mihi argentum et
aurum et substantias re
gum ac principum.
Regite Domini III. Lectio
iustitiam qui iudica
tis terram. Sentite de
domino in bonitate et in simplicitate
cordis querite illum qui inuenitur
abhis qui non temptant illum apparet au
tem eis qui fidem habent in illum. Peuersæ
enim cogitationes separant a do
phata autem uirtus corripit insipientes
quoniam in malinolam non intro
ibit sapientia nec habitabit in
corpore subdito peccatis. II. Sanctus
enim spiritus disciplinæ effugiet fictum
et auferet se a cogitationibus que sunt
sine intellectu et corripietur a supue
niente iniquitate. Benignus enim
spiritus sapientiæ et non liberabit maledic
tum a labiis suis quoniam renum illius testis
est ds et cordis eius scrutator est uerus
et linguæ eius auditor quoniam spiritus domini re
plenit orbem terrarum et hoc quod continet
omnia scientiam habet uocis. Propter hoc qui
loquitur iniqua non potest latere nec pre
terire illum corripiens iudicium. III.
In cogitationibus enim impii interro
gatio erit sermonum autem illius audi
tio ad dominum uenet ad correptionem